11. Quod Constantini neophiti ordinatio contra statuta sanctorum
[a] deest ~~et~~ 1. patrum deposita sit. Inf. [a] Non tibi novum esse videatur, si fictus or-
dinator proicitur eiusque ordinatio refutatur? Siquidem Constantinus,
ut in pontificali libro legitur, qui ex laico repente neophitus valida-
que manu armatus apostolicam sedem nequiter invasit, depositus
est et ita damnatus, ut etiam oculis privaretur. Ordinationem vero, quam
fecit, in pristinos deposuerunt gradus. Episcopi namque iterum a
papa Stephano consecrati sunt; de presbiteris vero et diaconibus
praefixum est, ut si civium suorum electio vellet, in eosdem gradus,
de quibus depositi sunt, iterum a papa Stephano consecrarentur,
ita dumtaxat, ut iureiurando promitterent, quatenus ad ampliorem
honorem iam nullatenus promoverentur, ne talis error per incuriam
x Statu... pullularet. x Statuerunt etiam, ut cuncta ecclesiastica sacramenta, quae
Constantinus peregerat, iteranda essent, absque baptismo et chrismate.
Def. Nequaquam exemplum a malis est sumendum. Ex his enim, quae in
voluminibus leguntur, [a] solummodo imitanda vel facienda sunt, quae bona
[a] deest 1. esse probantur; mala autem penitus execranda sunt et [a] omnino cavenda. Inde
est, quod Abel iustus laudatur, et Cain parricida condemnatur; inde in-
quam est, quod Xystus martyrio coronatus, et Liberius Arriana collu-
vione maculatur. Quocirca Constantinus qui neophitus armisque cir-
cumseptus, ~~qui~~ apostolicam sibi cathedram usurpavit, iure damna-
tus atque deiectus est. Nam vero quod eum oculis privarunt, non eccle-
[a] e. sed apostaticum 3. siasticum nec apostolicum fuit [a]. Ordinationem quoque eius non rectitu-
[b] inmutatus 1. dinis ~~inmutatus~~ intuitu [b], sed invidie zelo contra sanctorum patrum sanctiones
[c] a. e. i. c. desunt 3. in pristinos deposuerunt gradus, addentes et iuramento constringentes, [c]
ut nullus de presbiteris ~~hac~~ ac diaconibus ad superiores gradus promove-